



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Catechesis Pverilis**

**Melanchthon, Philipp**

**Lipsiae, 1543**

**VD16 M 2628**

**Quid praecipit sextum praeceptum?**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-33561**

pijs, **I**rascimini & nolite peccare, id est, resistite iræ. **F**it autem cultus **D**ei propter finem, quia hoc fine præstatur, ut **D**eo obediamus in his officijs, item ut propter ipsum retineamus ecclesiæ tranquillitatem.

**S E X T U M P R A E C E P T U M.**

**N**on mœchaberis.

**Q**uid præcipit sextum  
præceptum?

**A**PPRObat coniugia & coniugalem consuetudinem, **D**einde prohibet omnes uagos concubitus, & prohibet non tantum externa facta, sed etiam affectus impuros & incendia animorum, sicut **C**hristus interpretatur, **Q**ui uiderit mulierem ad concupiscendam eam, iam mœchatus est.

**R**ecita comminationes additas huic præcepto.

**N**on solum imbecillitas magna est in animis hominum, qua sit ut facile inflammetur concupiscentia, sed etiam horribilis cæcitas est, quæ facit ut extenuent homines hoc peccatum, nec uideant iram **D**ei aduersus hoc peccatum, nec mouentur minis æternarum aut corporalium pœnarū.

**N**am